

www.e-rara.ch

**Omnium operum divi Eusebii Hieronymi Stridonensis Tomus
primus[-nonus]**

Hieronymus, Sophronius Eusebius

Apud inclytam Basileam, [1516]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-150989>

[De Diversi Generibus Leprarum]

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

A inclina ad me aurem tuam. In quacūq; die inuocauero te, uelociter exaudi me. Fac mecū signū dñe in bonum: ut uideant qui oderunt me & cōfundantur. Remitte mihi dñe ut refrigerer, priusq; abeam & amplius non ero. Ecce pœnitentia hominis humiliantis se: quomodo ueniam non habebit, qui taliter ingemiscit? Quis nō audiat illū & moueat? Quoniā qui se humiliat exaltabit, & q se exaltat humiliabit. Quid gloriaris in malicia, q potēs es in iniquitate. Melius est te nō uouere & reddere, q̄ uouere & nō reddere. Pœnitētē te dicis, & carnis libidine delectaris. Peccata tua nō desinūt ambulare, & tu dicis qd̄ sedeant. Peccatori autē dixit deus, quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meū super os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proiecasti sermones meos retrorsum. Si uidebas furem, currebas cum eo: & cū adulteris portionem tuam ponebas. Os tuum abundauit nequitia, & lingua tua cōcinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum detrahebas: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Hæc fecisti & tacui. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te & statuam cōtra faciem tuam. Intelligite hæc qui obliuiscimini dñm: nequando rapiat, & non sit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic est iter quo ostendā ei salutare meū. Ecce qualis cōmutatio dñi in hominem peccatōrē. Tu qui dicis q asseris te pœnitere: ubi est pœnitentia tua? Exclusa est per superbiam & contemptū, sequi deum prætermisisti. Audi fili, & retrahe pedem tuum de sæculo, cui renuntiasti. Pœnitere ergo de omni pompa iniquitatis. Apprehende fidem quam ante perdidisti, ut consentiret diabolo, & tenebris: & dñm q lux est post dorsum reliqueras. Memorare fili quid est: Misericordiam uolo & non sacrificium. Miserebitur tibi dñs: si hæc cum legeris facias, & per obedientiam pœnitentiā sequaris. Verum si de toto corde pœnitentiā egeris: si dñm præ oculis habueris, si amissa uoragine poculi ueneni calicem salutaris acceperis, si die ac nocte in lege dñi meditaueris, si omnem sollicitudinem tuam super illū miseris: tunc gaudebis & exultabis in dño qui uicisti malignum. Tunc erit merces tua copiosa in cœlis: quia taliter in opera dñi laborasti: tunc erit dñs adiutor tuus in die iudicii: tunc stabis cum magna fiducia a dextris dñi cum sanctis suis, & dicet uobis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum præparatū, quod præparauit uobis pater meus qui est in cœlis. Iniustus autē dicitur: Ite in ignē æternū, quē præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Vbi ignis non extinguetur, & uermis eorū non morietur. Tunc ibunt iusti in uitam æternam: impij autem & peccatores in ignem æternum.

CENSURA EPISTOLAE SEQVENTIS.

Demiror quis hanc epistolā Hieronymianis admiscuerit, prodigiōsæ cuiusdā balbutientiæ: & modis omnibus talem, ut Iouiniani uideri possit, quantum subodorari licet ex his quæ diuus Hieronymus ex illius commentarijs recensuit.

DE DIVERSIS GENERIBVS LEPRARVM.

Admirabile diuinæ dispositionis examen: quæ exhiberi sibi deus ac de ferri uoluit, magno consilio & sollerti scientia ac ratione mandauit. Diuersa em̄ hominū moribus genera naturarum: diuersis statuit præceptorum sententijs gubernari. Alijs em̄ imaginariū legis opus, quasi sub ueritatis colore depinxit. Alijs corpus ipsius ueritatis declarauit. Quos em̄ obuolutos adhuc mundi caligine, ad comprehendenda ea quæ germana erant ac solida perpendit: eis obseruantia ordine suspensio, subtili quodāmodo examine susurrauit: quos autem deprehendere posse absolutum prædicationis carmen agnouit, eis deus perfectam harmoniam solidæ uocis intonuit. Inde est quod figuris & ænigmatibus lex prisca depingitur, quoniam dum infirma Iudæorum acies hebetatur: & candidum scientiæ claritatis uigorem inspiciendi lumen non habent, necesse est ut in uarijs figuris figurarū color adhibeatur. Nam illis & uirtutum præmia supposita spe promittuntur: & peccatorum notæ inuruntur in corpore. His enim confirmantur alij, quibus alij transferuntur. Præsens lectio exigit huiusmodi ferre sermonem: quæ diuersa leprarum genera deprehendenda in diuersis materijs designauit. Alia em̄ lepra in parietibus demonstratur, alia humano notat in corpore, alia in uasculis, alia in ueste, alia designat in stamine. Deinde quæ in huiusmodi uulneris loco, crebra ac uaria pellicula deputantur. Quid enim dicam? Tot sunt genera quot colores, alia pallida, alia tetra, alia rubicunda. Deinde si homines lepra, quod est insitum naturæ uitio polluantur, quid hi faciunt, qui grauioribus morbis corporū prægrauantur? Sed age iam uideamus genera lepra-

Crum, ut medelarū causas agnoscere atq; probare possimus. Si fuerit, inquit, lepra alba uel rubicunda, siue tetra, uel pallida, uel si florens, ait, hoc est toto corpore decurrens. Nā est detestabilis lepra: quæ omnino mūdari non possit. Est & quæ facilem habeat mundationē. Alia quoq; ad uenticia: alia innata deprehenditur. Quæ omnia nisi spiritaliter sentiantur: rationem intelligentiæ simplicis non admittunt. Nam diuina sapientia, legis suæ profundum in huius extrema sæculi regione, quasi templum suo nomine cōsecratum: intra ciuitatis alterius mœnia collocauit. Cuius cōstructio atq; opus, q̄uis magnificū uideat: interior tamē aditus nō oibus reseat. Multi em̄ mirant̄ ornamenta uitiorū: sed interioris scientiæ aditus referare nō possunt. Quare oranda est diuina dignatio: ut pulsantibus nobis, intelligentiæ pateat ingressus. Iubetur igitur diuersa leprarum genera sacerdos templi diligenter inspicere: atq; earum habitus, uel colores, pleniori consyderatione deprehendere. A coloribus em̄ lepra refertur posse agnoscī: quos tamen ad peccatum magis animæ, q̄ ad morbum corporis manifestum est pertinere. Diuersi etenim colores, diuersas animi indicant maculas. Cum igitur pallida lepra cōspicitur: languens & ægra fides animæ denotatur. Cum autem rubicunda deprehenditur, mens furore atq; iracundia inflammata & homicidij cruore respersa cognoscitur. Cum uero alba, tūc hæreticorum fucata & male munda conscientia condemnatur. Sed alia lepra in capite: alia oriri perhibetur in barba. Sunt em̄ hæretici qui deum patrem uidentur tantummodo blasphemare: ut Manichæus, q nō solū eum factorem denegat mundi: uerū etiā malorum profitetur esse authorem. Hi sunt qui lepram in capite portare uidētur. Caput em̄, inquit Apostolus uiri, Christus est. Quæ uero lepra in barba portatur: hi sunt qui blasphemare uidentur in filium. Christum em̄ in aduentu pristino, perfecti uiri æuum agētem, quasi tricenariæ ætatis uiriliter decorauit. Sed & si tetra, inquit, & liuida fuerit: qd aliud q̄ liuidā & liuoris maculis execrandā designat? Si autē ait nigra fuerit lepra, fumo utiq; idololatriæ & sacrificiorū nidoribus est notata. Si aut, inquit, florēs lepra fuerit, & cooperuerit omnē florem maculationis a capite usq; ad pedes: uisu sacerdotis dī iudicabitur. Videbit em̄ sacerdos: & ecce lepra cooperuit omnem pellem corporis. & mundabit illum sacerdos a maculatione, quoniā in album mutabitur. In hac lepra quā quasi albam & florentē designat: diuersa crimina uarie deprehendit: quia cum mundialis uitæ uoluptas, quasi candida & florens existimatur: tum graue uitiorum contagiū grassatur in corpore. Nam aut auariciæ, aut libidinis maculæ perpatescunt. Sed hanc leprā cito dicit posse mundari. Auariciæ enim crimen facile curare potest: qui conuersus ad dñm, & ea quæ possederit indigentiu alimoniam ministrauerit: ita ut dñs in euangelio ait: Verum date eleemosynam, & ecce omnia uobis mūda sunt. Libidinem quoq; celeriter mundare poterit, si ieiunijs frequentissimis & abstinentia corpus retinuerit. Sed his omnibus medelam per sacerdotem præcepit dñs adhiberi: Dicit em̄ esse lepram quæ sacrificiorum oblationibus emundetur. Aliam uero quā aquæ facilius abluant: necnon & quæ extra castra posita mundetur. Esse quoq; lepram asserit: quæ mundari omnino non possit. Horum igitur secundū figuram grauiorum peccatorum crimina congregantur. Alia sunt quæ ante baptismum uidentur esse cōmissa: quæ tamen per gratiam baptismi diluuntur. Alia uero quæ post lauationem baptismatis perpetrantur: quæ siue grauiora, siue minora peccata sint: uisus tamen sacerdotis emūdat. Quodcūq; em̄ modicum delictū fuerit, potest a sacerdote omnino relaxari. Quæ autem grauiora sunt, disciplina debent ecclesiasticæ regulæ & oratione purgari. Quæ uero insanabilia sunt, deo iudici referuantur. Et inde est quod in hoc loco ait: Vnūquēq; secundū quod habet propriā curationem sacrificium offerre debere: id est, unusquisq; secundum quod se deliquisse cognoscit, siue per carnalē concupiscentiam, seu per idololatriā, seu per iurio, seu mendacio, quasi lepræ se uitij intelligit maculatum: pro ut potuerit, deo sacrificare nō desistat. Sed dicit genus esse lepræ quod oīno mūdari nō possit: & ideo huiusmodi homo extra castra iubetur expelli. Hoc est sane crimen quod admittitur in spiritum sanctū, blasphemiam scilicet, sicut ipse dñs in euangelio ait: Qui peccauerit in spiritū sanctū nō remittetur ei neq; hic, neq; in futuro. Adiecit aut scriptura diuina lepram esse in uasculis, lepram in parietibus, lepram in uestibus, lepram in stamine: sed quomodo in his rebus lepra esse possit, penitus ignoro: quæ quia uita caret: etiam sensu carere necesse est. Sed ego arbitror cum in parietibus domus lepra esse ferat

A esse referatur, hæreticorū perfidiam notari. Quid enim non polluitur, ubi adulterinæ doctrinæ blasphemia prædicatur? Ideo hanc lepram sacerdos iubetur a parietibus emundare, ut catholice ueritatis doctrina, maculosa hæreticorum uerba depellat. Cum autem lepra in uasculis dicitur esse, proprii corporis delicta monstrantur. Vasa autem hominum corporibus comparat Apostolus. Habentes, inquit, thesaurum hunc in uasis fictilibus. In stamine autem quomodo lepra esse potest, nisi quia stamine anima hominis fidelis designatur? Quæ cum temptationibus, ut fufum filorum tenuitate torquet: firmioris uirtutis soliditate cōstringit. Stat ergo anima ut densissimū stamē erecta: corporis uero sensus ut trama stamini subiacebit. Et ideo etiā in trama lepram esse designat: quia alia corporis, alia animæ peccata significat. Sed quid per mundationem leprarū, aut duo agni anniculi, aut tortula olei, aut duæ gallinæ iubentur offerri? In duobus ergo agnis, duo Christi significantur aduentus, in quibus credere oportet, ut emundari a lepra peccatorum prius mereamur: unū cum uenit & passus est, aliū quo est uenturus in gloria. Sed uitulū, inquit, offerat: hoc animalium genere, gētes crucis Christi iugo subiugandas esse demonstrat. Duæ gallinæ, animā indicare uidentur & carnē. Sed unā, inquit, gallinā occides, alterā aqua ablues & dimittes. Caro utique in passionē iubetur occidi: anima uero quæ per naturā æternæ mortis uidetur esse subiecta: abluta aqua baptismatis a criminibus relaxari. Sed & lignū, inquit, cedrinū. Imputribile hoc ligni genus esse, nemo quod nesciat. Ergo per cedrū, incorruptā mentē & stabile fidē uoluit ostēdi, Hyssopū autem præces orationesque demonstrat. Sed & coccū, scilicet martyrii gloriā manifestat. Qui mediocris est, ait, quod ualeat offerri: id est, si quis non omnes diuitias cœlestiū est charismatū cōsecutus, uel potest & si minimū deo deuotionis suæ deportare obsequiū. Vt si uirginitatē quis obseruare non potuit, unius coniugis saltem castū cubile custodiat: uel qui martyrii trophæū non ualuit reportare, fugæ se prædij deo seruet inuictum. Et olei, inquit, tortulā offerat: utique misericordiæ gratiā: etiā si clarissimā sanctimoniam faciem præferre non ualuit: lucernā saltem fidei non extinguat. Videtis ergo dilectissimi fratres nullā esse tantā exiguā spiritalis gratiæ paupertatem, quæ ad offerendū sacrificiū deo non quācūque possit sanctimoniam oblationem offerre.

CENSURA EPISTOLAE SEQUENTIS.

B Quid uenisset in mentem diuo Hieronymo, ut eadem de re bis scriberet? Quāquā totus sermo clamat, aliū huius Homiliæ authorem.

DE DVOBVS FILIIS FRVGI ET LVXVRIO.



Mnium quidem de scripturis quæstionū absolutio illi soli ita ut est, est nota qui dixit: Ego sum ueritas. Nos autem oportet pia uolūtate accedere, & speciali sensu ad inquisitionem diuinarum scripturarū: scientes quod si aliquod uere inuenerimus bonum desyderiū mentis attentæ deo: inter fines beatitudinis eius erimus: de qua dicitur: Beatus uir qui impleuit desyderium suum. Qualis autem sit huius concupiscentiæ species, adiectio beatitudinis facile declarat audire uolentibus, id est, prudenter audientibus. Quod si non potuerimus ad plenam ueritatis ipsius intelligentiam peruenire: nec tamen sic longe erimus ab illa beatitudine, quā capiūt qui implēt desyderium suū. Neque enim si non coeperimus id munus, cuius præstandi potestas in alterius manu posita est, reprehensionē sustinebimus. Sed si in his quæ agere præcipimur parcamus, præmium laudis iustæ adipiscimur. Quomodo ergo omnimode demonstratum est: non solum nullius periculi: sed & plurimæ utilitatis esse scrutari diuinas scripturas: disquiramus illam euangelij parabolam, quæ est de patre & duobus filiis. Nam unius rei causa & de oue & de muliere comparatione nobis contexto ordine supra recitata sunt. Quæritur ergo quis ille senior sit frater, qui ex dimidio datam sibi paternæ substantiæ portionem custodiuit: & inseparabilem cum patre suo uitam agere dilexit? Quis uero iunior qui accepta similiter ex patre substantia, profectus est in longinquā regionē: & profligatis illic omnibus partis suæ facultatibus ad inopiā reductus, porcos alienos pascere coactus est. Sed & qualitatem poenitentiae eius non omittamus, & lætificati patris promptam remissionem modestaque pietatem, qui reuertenti filio discessionis præterit leuitatem: & dissipatæ substantiæ flagitia non exprobat: sed uenientem dæmone suscipit, & occurrens salutat, & gratulans osculatur, incumbens requiescit in eo: & uitulū illum saginatum pro leticia recepti filij epulandum immolat.

R 3 In quo